

ſuarum adſtant recreationis cauſa, aut ibidem in menſa luſoria propter auram captandam ſedent, non ſemel aut iterum, quod tolerabile eſſet, ſed frequenter.

Circa re- cenſita à Concilio Limenſi excuſa.

Veſtes ſe- rica.

Montera- rum uſus.

Sub mor- tali obli- gatio.

24 Quod autem ad alia atinet à Conſilio Limenſi recenſita, multa iam ex illis curæ eſſe non debent, quia eorum uſus etiam apud laicos penitus exoleuit, vt *lebugniſlas, polaynas, follages, puñetes*. Sericæ autem veris nimium quantum uſus inoleuit, vt nullus illis non inueniatur utens, niſi qui eas aſſequi nequit, & ſunt ſanè non multi: non videtur ergo graue peccatum in eo eſſe, & ita in Hiſpaniâ huiusmodi etiam uſus toleratur. Vnde Eminentiffimus Dom. D. Balthaſar Moſcoſus & Sando uel, eximium ſæculi noſtri ornamentum, Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus, Ediſto ſuo ſpeciali circa hoc die 28. Octobris Ann. 1652. cum ad multa ſingularia deſcendat, ſerica non prohibet, ſed telam vniſormi texturâ, vulgò liſam, & ſine ſciſuris, futuram decernit, cum eiufdem coloris interiori aſtumento, & eiufdem telæ manicis, vel alterius, pretij inferioris. Circa hoc ergo non videtur maior in Indiis rigor aſſectandus; quamuis expediret, vt vbi propagandæ fidei, & ſtabiliendæ religionis Chriſtianæ negotium agitur, peculiaris modeſtiæ ratio in eius Miniſtris haberetur. Quamuis, quod ad Indos ſpectat, illos vilioris habitûs geſtatio ob temperantiæ ſignificationem nihil moueat, ſed ad reuerentiâ, & credulitatem magis ſoleat veſtium decentia, & aliquis ſplendor permouere. Alia verò à Concilio verita omnino obſeruanda ſunt, quamuis in pileolis, qui à monte nomen naſti ſunt, eo quod per montes gradientibus accommodati ſint, & ita dicuntur *Monteras*, cum diſtinctione loquendum ſit: ſunt enim *Montera* honorificæ, quibus domi honeſti ciues vtuntur; & iſta non videntur Clericis dedecere, vnde & in vſu apud illos iam pridem fuerunt: aliæ autem ſunt, quibus honeſtæ perſonæ non vtuntur intra urbem, & ex ſe minimè decentes apparent, vnde & vulgus promiſcuum eas ſibi tamquam vſui proprio conuenientes aſſumit: & in Clericis in ſacris, ac Beneficiariis non debent vlla ratione permitti.

25 Obligationem autem eſſe, generaliter loquendo, ſub mortali citati affirmant, dum de veſtibus prohibitis, generaliter etiam loquuntur. Et poteſt deinde efficaciter oſtendi ex eo quod Concilia & ſacri Canones, dum veſtes indecentes prohibent, non potuerunt omnes ſingularum prouinciarum profanos uſus ſuâ prohibitione, eos deſignando, complecti: vnde cum generaliter ſtatuant, & ſtatim aliqua ſpecialia deſignant, ſicut magis ſpecialiter in *Cap. Clerici* citato; minimè exiſtimandum eſt ea ſola fuiſſe prohibita, ſed omnia quæ in diuerſis regionibus ſimilia occurrunt, & pro vſu Clericorum indecentia reputantur. Item Episcopis præcipitur vt circa hoc intugilent, & quæ indecora viderint, pœnarum inflitione remoueant; quod præſertim videre licet in Concilio Tridentino citato *Cap. 6.* Atqui Concilia Limenſia in his prouinciis ea penitus indecentia iudicantur, de quibus agimus, & omnino exterminanda decreuerunt: ergo obligatio ex Conciliis, & ſacris Canonibus deſcendens, hic venit penitus aſſerenda. Et quidem eſſet illa, et-

iamſi à Conciliis Limenſibus non fuiſſet ita ſtabilitum, quia Concilia ſuâ determinatione non fecerunt vt eſſent illicita Clericis, quæ illicita priùs habebantur, ſed quod eſſent illis illicita ampliùs declararunt, vt ex tenore Decreti conſtat, dum in eo remouenda dicuntur quædam veſtimentorum inuenta, quæ milites, non Clericos decent, vt vidimus num. 22. Quæ autem talia ſunt, planum eſt per Sacros Canones eſſe prohibita. Indica ergo Concilia id, quod iam erat prohibitum Clericis, intimarunt, nouorum inuentorum enumeratione propoſitâ. Quod autem materia ſit leuis, dici profectò nequit, quia ſimilia ſacris Canonibus prohibita reperiuntur, quorum prohibitio ſub mortali vrget, iuxta citatos Auctores. Et Eminentiffimus Cardinalis Toletanus in citato ediſto ſimilia, & aliqua multò minoris latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, in toto, & in parte tranſgredientibus.

Etiam Cõ- cilio De- creto non obſtante.

26 Solet autem pro iis, qui ex urbibus exeunt, ſine longum ſiue etiam diarium iter conſecturi, plus aliquid circa hoc in Indiis vſurpari: Clericalem enim habitum aliqui penitus dimittunt. Quod quidem in vtroque Limenſi Concilio aperte damnatum. In ſecundo; *ſeſſione 3. Cap. 21.* & in tertio *Aſſ. 3. Cap. 16.* in quo ſic dicitur: *Porro cum iter faciunt decorum Sacerdotale ipſo etiam apparatu conſeruent. Etenim, quod quidam faciunt, lanceas, ſeloſetos, aliaque id genus arma geſtare, milites Chriſti magnopere dedecet.* Sic ibi. Nec obſtat de veſtibus nullam fieri mentionem, iam enim de illis præceſſerat, cum immediatis verbis de noctu exeuntibus ageretur, *veſtibus militari ac profano compoſitis*, ſic addendo. *Nulla ratione ferendum eſt. Præterquam quod cum decorum Sacerdotale conſeruandum in itinere dicatur, ad illud in primis decentiam veſtium conducere eſt penitus manifeſtum. Quamuis autem de ſolis Sacerdotibus videatur diſpoſitio dicta procedere, ad omnes ſpectare conſtat, de quibus illa procedit: ſunt autem generaliter Clerici, quamuis ad eos, qui Ordinis ſacri ſunt, & alios, de quibus Concilium Tridentinum loquitur, obligatio ſub mortali ſpectet, quia in illis maior eſt indecentia, & de ipſis in ſpeciali dicta Decreta procedunt, vt ex verborum tenore perſpicuum habetur. Eſt autem pro illis expreſſa deciſio Zachariæ Pontificis in Synodo Romana *Cap. 31.* vbi ſic dicitur: *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, ſecularibus veſtibus non vtantur, niſi vt conde- cet, tunica Sacerdotali talari; ſed neque dum ambula- uerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento præſumant ambulare, præterquam ſi in itinere longo ambulauerint.* Sic ille. Vbi quod de itinere longo dicitur, non eſt exceptio totalis, vt in illo poſſit dimitti habitus Clericalis; ſed vt non debeat cõmune operimentum aſſerri, quod propter longitudinem ſit impedimento futurum; de talari autem tunica nihil dicitur, quia illa ita accommodari poteſt extremitatum elevatione, vt non impediatur: quod tamen in operimento, pallio inquam, aut mantello, non ita fieri poteſt, vt paſſim experimur. Quod autem ſine talari tunica in villis, aut prædiis, vel in itinere, aut ſine breuiore aliqua, ſed cum veſtibus, quæ ſunt proſus laicis communes, Clerici incedant, intolerabilis indecentia*

Itineran- tium ab- uſus.

Concilium Limenſe 3.

Ad quos ſpecialiter pertinet obligatio.

Synodus Romana.

Sententiam Caietani non poſſe in parroci- ſium ad- uocari.

Concilij Tridentini Decretum.

Quæ reme- rita & contemptus ſufficiant ad pœnas incurren- das.

Aſſertio 4. circa curâ Monialium, & grauiſſimum in eo peccatũ.

Concilium Limenſe 3.

indecentia eſt, ſed non infrequens, vnde circa illam oportet Prælatorum diligentiam efficacius militare.

27 Neque verò tueri ſe illi poſſunt ſenten- tiâ Caietani in Summa, Verb. *Clerici peccata*, vbi ait in dimiſſione habitûs Clericalis tunc tantum eſſe peccatum mortale, quando in eo eſt temeritas, contumacia, aut contemptus: quod tamquam valde probabile approbat Villalobos *Tomo 1. Tract. 11. Difficult. 16. num. 5.* & Diana *Parte 3. Tract. 4. Reſolut. 183.* Nam in primis Caietanus ante Concilium Tridentinum ſcripſit, in quo res hæc quoad obligationem non ſolum eſt in nouata, ſed etiam ampliata, vt ex tenore Decreti conſtat; graues namque in eodem pœnæ propoſitæ, culpæ arguunt grauitatem. Deinde temeritas, contumacia, & contemptus iuxta id æſtimanda ſunt, quæ idem Concilium ad incurrendas pœnas ſufficere ſuo Decreto determinat: atque illud ſic habet: *Tanta autem hodie aliquorum in oleui temeritas, religionisque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem Clericalem parui pendentes, veſtes etiam deſerant publicè laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: propterea omnes Eccleſiaſtica perſonæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in ſacris, aut dignitates, perſonatus, officia aut Beneficia, qualiacumque Eccleſiaſtica obtinerint: ſi poſtquam ab Episcopo ſuo, etiam per ediſtum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum Clericalem illorum Ordini & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Episcopi ordinationem & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab Ordinibus &c.* Iuxta quæ poſt monitionem Episcopi temeritas, contemptus, & contumacia eſt ad pœnam ſufficiens incurrendam; ante monitionem autem temeritas & contemptus ſunt, quia ſupra illa cadit monitio, vt aperte verborum tenor oſtendit: temeritas autem & contemptus in eo apparent quod laicales veſtes deſerantur, Clericalibus dimiſſis: eo enim ipſo Clericalis videtur dignitas parui pediti: ergo iam interuenit quod à Caietano requiritur vt in dimiſſione poſſit mortale peccatum inueniri: neque enim temeritate, contemptum, & pertinaciam, aut contumaciam collectiue exigat, ſed quodcumque illorum: quamuis iuxta Concilij doctrinam neque temeritas ſine contemptu, neque contemptus ſine temeritate reperiarit. Temeritas enim in præſenti materiâ pro actione ſumitur ſine cauſa rationabili ab homine ſui ſtatus æſtimatore iniquo prodeunte. Duo ergo Auctores citati eodem modo ſunt accipendi: præterquam quod expreſſe affirmant peccatum mortale tunc eſſe, quando Clericus ita veſtitus incedit, vt nequeat dignoſci Clericatus: multò ergo magis quando ea, quæ ſpecialem indecentiam habent, & ſpecialiter ſunt prohibita, ab eiſdem uſurpantur.

Porro Clerici illarum Collocutoria ne frequentent: quod ſi abſque Prælati permiſſu eas viſitare pro nibilo duxerint, excommunicentur. Sic ibi. Summi inquam momenti hoc eſt, vt ab eo videatur tota Monialium ſpiritualis cultura pendere. Monialis quidem à ſollicitudine dicta, & cum ad colloquia ſecularium frequenter accurrat, eſſe deſinit cæleſtis Sponſi oculis diſplicere. Tunc illi amica, tunc ſpeciola, tunc dulcis voce, & decora facies cum in foraminibus petræ, & cauerna maceria: cum ſcilicet non Manualis, ſed Monialis intra Monafterij ſepta, velut columba in petræ foraminibus, & maceria cauernâ deprehenſa. Propterea Pontifices circa hoc fuere cauſiſſimi, licentias huiusmodi volentes eſſe rariffimas: vnde frequentiam videntes, neque impediētes, contra eorum faciunt voluntatem; & contra diuinam, maxime in hoc negotio perſpectam, cum ex frequentia tali religioſa obſeruantia, multis interuenientibus ſcandalis, detrimenta quamplurima patiantur. Et hoc quidem non ſolum in Monafteriis Ordinario ſubiectis, ſed in exemptis etiam ab Ordinaris eiſdem obſeruandum, ad quos etiam quæ ad clauſuram ſpectant conſtat pertinere ex diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſione 25. Cap. 5. de Regularibus*. Ad cuſtodiam autem clauſuræ ſpectare acceſſum ad Moniales impedire, & ita etiam Episcopalis curæ & auctoritatis id eſſe, bene aduertit Barboſa de *Poteſt. Episcopi Allegat. 102. num. 11.* Quod quidem in Indiis magis neceſſarium, in quibus diſtancia Pontificis maior in cauſa eſſe ſolet maioris in iſtis licentiæ vendicari: ſicut & in muſico concentu, pro quo videnda quæ dixi in Epithalamio num. 954. & ſeqq. Et nunc addo Extrauagantè Ioannis XII. quæ eſt vnica inter communes *Lib. 2. de vita & honeſt. Clericor.* omnino legendam, in eâ enim id expreſſum, quod noſtris temporibus deprehendimus.

Summa cura à colloquiis ſecularium ercende.

Can. 2.

Etiam Ordinaris non ſubiectos quoad hoc ſubiecti.

In concentra tu muſico eliminandus abſus.

Aſſertio 5. circa ludos Clericorũ auertendos.

Concilium Limenſe 3.

Summa, quæ ludi in peruiſio poteſt.

29 Dico quintò. Vicarij dicti peccare æm lethaliter poſſunt, dum ſerio & exactè non ſtudent ludos Clericorum auertere, & ne domos eiſdem publicè deputatas cum dignitatis ſuæ decore manifeſto frequentent. Quod quidem, nullo id ſpecialiter etiam docente, arguit peccatum in eo eſſe lethale, ex dicto capite, & quia plurimum eſt occaſio peccatorum. Quibus incommodis Concilium Secundum Limenſe remediũ eſt conatum adhibere *ſeſſione 3. Cap. 22.* ſicut & Tertium *Aſſ. 3. Cap. 17.* vbi ſic dicitur: *Ita multorum Clericorum in ludendo creuit exceſſus, vt cogamur remedia auſteriora tentare, quo & Eccleſiaſtici Ordinis infamia aliqua ex parte aboleatur, & perditio moris illorum, qui in huiusmodi inſaniunt, quoad fieri poterit corrigantur.* Hæc pro exordio: ex quibus affatim liquet quàm grauius in hoc Clerici delinquant & quàm ſit ſtrenue eliminando huic cõragio à Prælatis Eccleſiaſticiis adnitendum. Pergit iam, & ſic ait: *Quicumque ergo alicuius, chariſue piæ, aut alteri iure prohibito ludo vacauerit & ſummam excedentem quinquaginta aureos luſerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat.* Sic Concilium. Quod quidem malum hoc aded extirpare tentauerat, vt circa ſummam, propter quam excommunicationis eſſet incurrenda ſententia, ſi ludo exponeretur, nimis rigidum iudicium pronuntiarit. Statuerat enim, vt ſi Clericus ludo prohibito

prohibito pretium duorum aureorum excederet, excommunicationem ipſo facto inductam pateretur. Id tamen à Sacra Congregatione temperatum eſt, & ſumma eſt ad effectum pœnæ, quam diximus, aſſignata, vt in Animaduſionibus ad Concilium dictum, teſtatum reliquit P. Iosephus Acoſta, Concilij eiusdem Luminare clariffimum. Et vtinam moderatione dictâ ſanctum Concilij obtinuiffet intentum: Verum perdiri mores illorum, qui in huiusmodi inſaniam, vt Concilium loquitur, neque prædictis poſſunt repagulis contineri. Cum enim abſolutio ab excommunicatione tam ſit facilis, quàm & peccati, quia non reſeruat, iuxta ea, quæ Doctores tradunt apud Dianam Parte 5. Tractat. 9. Reſolut. 5. parum aut nihil huiusmodi curatur obſtaculum. Debet ergo mortua lex viuâ Vicariorum ſolicitudine roborari: quod dum non agitur, tuta eſſe conſcientia nequit, rem momenti tanti negligendo.

Dubium circa ſummam dictâ.

30 Circa ſummam autem dictam dubitari poteſt, an ſi ſola illa ludo exponatur, & forte lucrum accedat, ita vt quinquaginta aureos, vel plus aliquid, qui ludit, acquirat; poſſit vni ſorti maiorem quàm ſit quinquaginta, ſummam exponere, ex propria ſummâ, & ex lucro, maiori ſummâ conſectâ, abſque eo quòd excommunicationis fulmine feriatur? Et ſupponitur eum, qui lucratus eſt, & id poſtea ſimul cum quinquaginta aureis perdit, in pœnam dictam non incidere, quod ex dicendis conſtabit. At videtur res dubia, quia ſic ludens verè ſummam excedentem quinquaginta aureos luſit; quod tamen ſub pœna dictâ à Concilio prohibetur. Præterquam quòd intolerandus apparet exceſſus in perſonâ ſacrâ, cui talis ludus abſolutè vt indecens prohibetur, ſummam adeò ingentem vni ſorti exponere, quam neque Reges ipſi exponere conſueverunt. Pro quo eſt ſententia Nauarri, & aliorum apud P. Thomam Sancium infra, Dub. 28. num. 5. Ad hoc ergo etiam Concilij prohibitionem extendi valde veròſimile apparet, ætentiâ præſertim ſacræ Congregationis moderatione, quæ valde improportionata eſt ſummæ à Concilio duorum aureorum appoſitæ, etiamſi cum limitatione dictâ veniat accipienda, quâ verba Concilij præſerunt: ergo nõ eſt extenſio alia ſupra extenſionem dictâ facienda, vt iam non ſolum quinquaginta, ſed etiam centum, & maiores etiam ſummæ, crescente lucro, liceat exponere iactui vni, aut chartæ pictæ reſponſioni.

Cum ea poſſe ſimul maiorem lucro accipiunt ſorti, exponi qua videantur offendere.

31 Aliunde autem contrarium poteſt Concilij intentum oſtendi, ex eo quòd non ſucceſſus ludi fortunatus atre dicitur, ſed ne Clerici facultates ſuas, quas in pia opera oportet expendi, ludo dilapident, ſummas ingentes ſordibus exponendo: id autem quòd lucro accreſcit, durante ipſo non videtur plenè ad illum pertinere, qui lucratus eſt, ob contingentiam amittendi: nec enim licet ſemper ludum dimittere, quia id non fine offenſione colludentium eſſe ſolet, & hæc poteſt noua ratio reputari. Deinde. Iuxta receptum loquendi morem, qui enim in ludo ingentem ſummam lucratus, eam ſtatim perdidit, & ſimul eam, quam attulit ludo exponendam, hanc ſe luſiſſe dicit, quia perdidit, non ita aliam: vnde & Clericus, qui multa lucratus, ea ſtatim cum allata quinquaginta aureorum ſummâ perdidit, dicere veriffimè poterit ſe tantum aureos quinquaginta luſiſſe; quia

modus ille loquendi id tantum indicat, quod eſt inter ludendum amiſſum. Sic Sacerdotè quemdam grande ætatis, qui diu Parochus Indorù fuerat, dicentem audiui: Mentiuntur Indorum Parochi, qui dicunt ſe ipſos alere non poſſe emolumentis Paræciarum, & opus idè eſſe ſe ad commercia conuertere. Ego namque ſeptuaginta mille octidregales in meam ſuſtentionem (& erat illa ſatis lauta & abundans) inſumpti: & totidem alios luſi, nullis vnquam commerciis, & mercimonijs implicatus. Quod ita dictum, quia perdiderat, non reputans quòd lucratus aliquando, & deperditum poſtea: ſic enim ſummam poterat protuliſſe maiorem. Quod probari vltèrius poteſt ex ſententiâ multorum, quos adducit & ſequitur P. Thomas Sancius Lib. 1. Conſiliorum, Cap. 8. Dub. 8. num. 1. dicentes filium familias, qui tantum poteſt ludere determinatam quantitatem, quando eſt in eodem ludo poſte ſorti exponere quiddam ludo acquiſiuit. Quorum ratio eſt: quia lucrum dicitur, quod in fine ludi reportatur: & ita qui cum eo luſit, tantum dicitur lucrari id, quod ad ludum adduxit, & non id, quòd cum perdidiffet, recuperauit. Lucri ergo accreſcentis, dum continuatur ludus, nulla ratio habetur, quando ea, quæ ludo exponi poteſt, quantitas limitatur. Quòd verò illa exceſſiua pro vna ſorte videatur, non vrget in ordine ad prohibitionem dictam: tum quia in Indijs animi magnificentiores ſunt, & pecunia minoris æſtimationis: tum etiam quia in ludo genus quoddam contractus exercetur, in quo iam plus, iam minus poteſt fortunæ committi; vnde dilapidare non eſt, cum ſit lucrari contingens. Eſt ergo hæc pars etiam veròſimilis, & cum in terminis ad eòd pœnalibus ſimus, & lubricâ materiâ, non debent occaſiones grauiter lædendi conſcientias & vincula ſpiritualia inducendi, nimium rigidè ampliari.

Ex probabili ſententiâ circa filium familias roboratur.

32 Dicta verò eatenus accipienda, quatenus iuxta illa euitari pœna excommunicationis poteſt; ex circumſtantijs enim alijs poteſt in ludo graue eſſe peccatum ex illius frequentatione, ſi ex prohibitis ſit, vt ſunt qui in alca conſiſtunt; tum ratione ſcandali ob frequentiam eandem in domibus ludo generaliter expoſitis: ſicut etiam ex eo quòd Parochi non raro ad Sacramenta adminiſtranda vocati, moram faciunt, magnis cum periculis ægrotantium. Et in hoc vltimo dubium eſſe nullum poteſt, ſicut neque in ſcandalo quoad frequentiam verò, cum ludi prohibiti ſunt, videatur P. Th. Sancius ſupra, Dub. 28. qui alios adducit: & Recentiores alij de contractibus ſcribentes, qui ſunt ſanè complures. Eſt autem in Concilio Limenſi citato Capite ſic ſtatutum: Excep- ptum tamen eſſe volumus honeſtum aliquem, ac recreationis tantum cauſſa ſuſceptum ludum: in quo comestibile quidpiam pretium ſit; & tale vt duorum aureorum valorem non excedat: quod etiam ipſum frequens eſſe non debet. Sic illud. Iuxta quòd frequentia in ludis prohibitis præcipuè condempnata ſupponitur, quæ & in ijs, qui honeſti habentur, prohibetur. Et circa priora peccatum mortale agnoſcit Thomas Hurtadus Tractat. 2. num. 701. Habentur autem honeſti aliqui, in quibus taxillorum vſus eſt, ſed præcipuè valet induſtria; ſicut & in chartis pictis, qui ad recreationem tantum, & non ad deſperationem ludentium & diſſipationem

In ludo eſſe graue peccatum ex circumſtantijs poſſe.

Concilij Limenſis Decretum circa honeſtum ludum.

nem fortunarum ac conſcientiarum ſunt inuenti. In his ergo moderationem dictam Concilium exoptat: ſed certe in eo non videtur, per ſe loquendo graue eſſe peccatum poſſe, etiamſi frequentia ſit, & pecunia pretium, nec tantum comestibile aliquid, iuxta ea, quæ cum alijs docet P. Thomas Sancius Dub. 28. citato; Eccleſiaſticos inquam non peccare mortaliter ludentes ludis prohibitis, dummodo id frequenter non faciant, & in conſuetudinem conuertatur. Sic numer. 7. Ludij ergo alijs honeſti, etiamſi frequentes ſint, ſine peccato mortali ſtare poterunt, quia inter eos magnum eſt diſcrimen, & abſolutè prohibiti non ſunt, qui à Concilio etiam in caſu noſtro non debent cenſeri prohibiti taliter, vt graue in illis debeamus peccatum agnoſcere, etiamſi quantitas duprum aureorum excedatur: niſi quatenus frequentia ex circumſtantijs poteſt merito dam- nabilis reputari. Id quòd etiam Episcopis in ludo chartarum pictarum & talorum concedit Illuſtriſſimus Villaroel Parte 1. Pacifiæ gubernat. queſt. 3. Art. 3. num. 59. dummodo officio non deſint, nec notabilem ludo quantitatem exponant, de qua Art. 4. num. 94. & Art. 5. num. 8. De illis certe non videtur Concilium loqui, licet eorum alijs ſit vrgentiò obligatio, ſine Cenſurâ tamen. Videri etiam poteſt Synodus Diœceſana Limentis Lib. 3. Titul. 1. Cap. 2. in qua pœnæ grauès imponuntur Clericis habentibus tablagia, & ingredientibus domos, in quibus illa ſunt, vt lutores videant, aut aliquid à lucentibus accipiant.

Ludi prohibiti qualiter Eccleſiaſticis liceant.

Quid de Episcopis.

Aſſerit 6. circa numerum acceptionem. Cap. Statutum, de receptis in 6.

33 Dico ſextò. Vicarij Generales grauiter peccant munera accipientes, ſi modus in ijs à Iure præſcriptus non ſeruetur, & cum onere reſtitutionis. Sic P. Thomas Sancius Lib. 3. Conſiliorum, Cap. 1. Conſilij. 2. Modus ille eſt, vt eſculenta tantum & poculenta in quantitate moderatâ recipiantur, liberaliter attributa: ſic enim de iudice delegato ſtatuitur in Cap. Statutum, 6. Insuper, & 5. Si quid autem de Reſcriptis in Sexto, vbi ſic dicitur: Insuper, vt grauis, & cum omni puritate iudicium coram ipſo procedat, nullum munus, vel quidquid aliud, niſi forſan eſculentum, vel poculentum, mero liberalitate oblatum, quòd panis conſummi poſſit diebus: vel niſi cum ipſum propter cauſſam ſibi commiſſam conuegerit extra ſuum domiciliuſ proſiſſi, moderatus expenſas recipere ab eſdem partibus quauicunque præſumat. Si quid autem contra Conſtitutionem præſentem receperit, ad ipſius reſtitutionem integram teneatur, nulla eorum, quibus reſtitutio faciendâ fuerit, remiſſione vllatenus proſuturâ eidem. Sic Bonifacius VIII. Ex cuius verbis id tantum videtur deduci, non poſſe ſcilicet à partibus coram Delegato Pontificis cauſſam habentibus quidquam accipi, niſi iuxta moderationem aſſignatam; & ita obſeruat Gloſſa. Poterit ergo aliquis Conſtitutionem dictam minime ad iudices alios eſſe extendendam arbitrari. Nihilominus quòd ad fauorem attinet valde vrgens eſt, vt videlicet eſculenta & poculenta à quibuſlibet alijs iudicibus accipi poſſint, panis conſumenda diebus, iuxta arbitrium boni viri, vt cum Gloſſa ibi Doctores affirmant. Cum enim iudices à Sede Apoſtolicâ Delegari omnium eximij ſint, in quibus maxima debet eſſe circa iudicandum puritas, eò quòd non propria, ſed Apoſtolicâ auctoritate iudicent,

Eſculenta & poculenta accipi poſſe ab omnibus iudicibus Eccleſiaſticis.

& ita omnibus ſunt ordinarijs iudicibus ſuperiores, vt conſtat ex Cap. Sanè, de officio & poteſt. iudi. deleg. & Cap. Cum olim Magiſter, eodem Titulo. Vnde & in illis Apoſtolicâ eſt auctoritas honoranda. Cap. vlt. 93. diſt. & Cap. 5. 94. Cum inquam tales ſint, & nihilominus accipere prædicta poſſint: quia non eſt veròſimile quòd propter illa ad iniuſtam ſententiam moueantur, vt expreſſit Pontifex in Cap. Eſi queſtiones, de ſimonia, ad finem: In alijs etiam iudicibus idem poteſt veròſimiliter iudicari; & ita omnibus licet acceptio prædictorum. Aut ergo Vicarij generales Delegati ſunt, vt volunt multi, & ita Delegatorum priuilegio per quamdam conſequentiam perfruuntur: aut Ordinarij; & ita in illis valet dictâ coniectura. Cum enim pro Ordinarijs iudicibus nihil inueniatur in Iure Canonico circa acceptionem munerum generaliter conſtitutum ex ijs, quæ circa Delegatos diſpoſita comperiuntur, iudicandi forma conuenienter vſurpatur: præſertim quia id naturali iuri maxime conforme deprehenditur, ex quo deciſionis ratio deſumitur; quòd ſcilicet muneribus talibus non ſoleat iudicis animus promoueri: quòd in Eccleſiaſticis maxime verum habet, qui Deo propinquiores cum ſint, ad eum maiorem debent habere reſpectum, magis à terrenis quaſtibus alieni.

Et ita Vicarij, pro quibus ratio.

34 Circa id verò quòd pœnale, & ita odioſum, in prædictâ extat Conſtitutione, obligationem ſcilicet reſtituendi, videri poteſt non vrgeri, quia iuxta vulgatam regulam, odia ſunt reſtrigenda, & ita neque eſculenta aut poculenta maioris pretij, neque alia diuerſi generis, reſtitutioni obnoxia remanebunt. Nihilominus contrarium eſt aſſerendum, quia licet Conſtitutio prædicta id expreſſè non ſtatuat, neque alius Canonicus textus; pro eo eſt generalis doctrina de iudicibus, qui ea, quæ ipſi à partibus dantur, reſtituere tenentur, quia inuitè & eoaçtè traduntur, numquam alijs danda, ſi cauſſa apud ipſos non verſaretur. De quo diximus Titulo 3. numer. 27. Qui verò ibidem num. ſeqq. oppoſitum probabile eſſe diximus de iudicibus laicis loquendo, in Eccleſiaſticis idem poteſt affirmari. Quòd quidem veròſimiliter tunc erit, cum munera ab illis dantur, qui partes in negotio non ſunt, nec ſanè futuræ ita proximè: cum conſtat Pontificiam deciſionem de ijs ſolum procedere, qui partes in negotio ſunt, coram Delegato iudice litigantes. Et ita Synodus Diœceſana Limentis Lib. 1. Titul. 8. Cap. 1. num. 4. ſimilem prohibitionem proponens reſpectu Vicarij, & Officialium, ſub pœna dupli, etiam eſculentorum, prædictam limitationem adiecit, de litigantibus, aut qui litigaturi credantur. Circa pœnam autem dupli dicendum Titulo ſequenti, numer. 14. Vbi pro regulâ eſſe poteſt id, quòd circa præſatam Conſtitutionem habet Gloſſa Verb. Mera liberalitate, ſic dicens: Vt exatum, vel petitum, directe vel indirectè non fuerit. Sic illa, citans Cap. Dilectus, de ſimonia, 2. in eo autem ſic Innocentius III. Illud tamen gratanter recipi poterit, quòd fuerit ſine taxatione gratis oblatum. Sic ibi. Vbi tamen de iudicibus ſermo non eſt, ſed de Prælatiſ admittentibus aliquos ad Religionem: eadem tamen eſt ratio, quia omnes recipere aliquid prohibentur. Si ergo neque directe,

Circa obligationem reſtituendi.

Quando liberalitas mera exiſtenda ſit ex loſtoſa.

Cap. Dilectus, de ſimonia.

neque